



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

FRANCISCI|| XAVERII EPISTOLA-||RVM LIBRI|| QVATVOR||

Francisco <de Javier>

Mogvntiæ, 1600

VD16 J 197

P. Francisco Mansillæ in Oram Piscariam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43721

aliquando per suum Vicarium palam stabili-
 liri voluit ad memoriam posteritatis sempi-
 ternam. Atque hic ego finem scribendi fa-
 ciam DEVM obsecrans, vt quoniam nos,
 (quæ eius benignitas est) mo: ũ societate iū-
 xit, idemque rei Christianæ causa tanto lo-
 corum disiunxit interuallo; rursus nos con-
 greget in sede, ac domicilio beatorum. Ad id
 impetrandum, deprecatores inter alios (si
 placet) adhibeamus animos infantium, ac
 puerorū, quos mea manu baptizatos, prius
 quàm innocentia amitterent stolam, DEVS
 ex hisce locis ad cœleste domicilium euoca-
 uit. Hos ego amplius mille fuisse arbitror,
 quos èt atq; èt rogo, quæsoq; vti hoc nobis à
 DEO impetrent, vt in reliquum vitæ huius,
 aut magis exilij tempus, doceat nos facere
 voluntatem suam; sic prorsus, vt quæcunq;
 requirit à nobis, haud secus quàm ipse velit,
 exsequamur. Pridie Idus Ianuarij. Anno MD
 XLIV. Cocini.

*Mille infan-
 tes sub Ba-
 ptismū Ge-
 cantur in
 cælum.*

*Francisco Mansilla in oram Pesca-
 riam. Epist. VI.*

Gratia & caritas Christi D. N. &c.

MAGNOPERE à te quæso, frater ca-
 rissime, istam vt oram continenter
 peragres, vicatimque obeas, infantes bapti-
 zando, cæterosque erudendo. Viros autem
 omnes separatim, ac mulieres conuenire, &

D

Cate-

Catechismum pariter recitare, idemq; priuatim suæ quemque domi factitare iubeas. Cauebis omnino, ne vsquam diutius cōmoreris, sed loca ista omnia identidem lustrabis, item vt ego faciebam, cum isthic essem, & nunc quoque hic, vbi sum, facio, etsi caream interprete. Ex quo profecto cuiusmodi vitam ducam, quos tandem sermones habeam, facile existimare potes. Veruntamen baptizo infantes: neque enim ad eam rem interpretem desidero: egentium commodis consulo, qui suas misérias, atque egestatem facile ostendunt sine interprete. Illud à te maiorem in modum peto, quæsoque, vt infantes baptizare, pueros instituere non desistas. Nam vt grandiores ac parentes cœlesti beatitudine excidât, eorum quidem certe liberi ac pueri fruuntur, qui prius huius lucis vsuram, quam baptismalem innocentiam amittent.

*Infantium
baptizandi
cura.*

Simul ac primum Neophyti à piscatione margaritarum domum reuerterint, ægros, si qui erunt, inuises: eisque res curabis necessarias, & simul super eosdem pueri certas preces, tu vero Euangelia (quod me factitare vidisti, cum istis in locis essem) recitabis. Ego ad Comorinum Promontorium contendo, eoq; nauiculas deduco xx, cibariis onustas, vt miseris illis subueniam Neophytis, qui Bagadarum acerrimorum Chri-

*Caritas Xa-
uerij.*

Christiani nominis hostium terrore perculsi, relictis vicis, in desertas insulas se abdididerunt: ibique in scopulis subire coguntur ardorem solis, extremamque famem, ac sitim. Quocirca etiam nonnulli ærumnis confecti pereunt, quorum casus mirum in modum meum pectus effodit. Oro te etiam atque etiam, DEVM pro nobis deprecari non desinas. Istius oræ Pantagatinis, ac Magistratibus eas literas mitto, quibus eos hortor, vt miseros illos suis eleemosynis iuuent. Tu velim efficias, vt ea pecunia non exprimatur ab inuitis, atque pauperibus, sed à volentibus, ac pecuniosis conferatur, vt in stipe corroganda, & voluntas spectetur erogantium & facultas. Vale.

*Prudentia
in eleemosy-
nis exigen-
dis.*

Eidem. Epist. VII.

SVMMO PERE te oro, atque obsecro, frater carissime, vt erga istam nationē, præsertim vero aduersus adultos, & grandes natu benevolentiam & caritatem præ te feras non vulgarem, teque vicissim diligere ab omnibus, & amari velis. Sic enim habeto, si ab eis diligaris, fore, vt istorum animos flectas, quocūq; libitum erit. Itaq; eorum imbecillitatē, infirmitatemq; moderate ac sapienter feres, atq; illud tecū animo reputabis, si minus tales nunc sint, quales esse velis.

*Benevolentia
in de-
cendo.*

D 2 certe